



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCXXVII. Die Markgrafen von Brandenburg, Otto und Konrad gestatten der
Stadt Bautzen ein Kaufhaus zu errichten und überlassen ihr alle Einkünfte
aus demselben, am 29. März 1284.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

fuis mercaturis veniendi, moram faciendi et ad propria libere redeundi sub noſtram protectionem et ſecurum noſtrum conductum recipimus pre omnibus, qui noſtris parere voluerint precibus et mandatis, preſentium teſtimonio litterarum. Datam anno domini MCCLXXXIII, in die ſancti Lamberti martiris.

Nach Zenz, Brandenb. Urk. I, 117. Beckmann's Beſchreibung der Churm. Brand. IV, 1139. und V, I, II, 151. Lappenberg's Hamb. Urk.-Buch I, S. 660. Nr. DCCCVII.

CCXXVII. Die Markgrafen von Brandenburg, Otto und Konrad geſtatten der Stadt Baugen ein Kaufhaus zu errichten und überlaſſen ihr alle Einkünfte aus demſelben, am 29. März 1284.

Omnibus in perpetuum. Otto et Conradus, Dei gratia Marchiones Brandenburgenses, univerſis has litteras inſpecturis ſalutem in perpetuum. Ne ea, que geruntur in tempore, ſimul labantur cum fluxu temporis, utile eſt ea poni in linguas teſtium et litterarum teſtimonio confirmare. Ad notiſiam igitur univerſorum criſti fidelium volumus preſentibus litteris pervenire, quod nos fidelibus noſtris burgenſibus ciuitatis Budiffin et communitati eiſdem liberam dedimus facultatem ſive licentiam in predicta noſtra Ciuitate Budiffin conſtruendi et edificandi domum mercatoriam, que in vulgari een Koophuys dicitur, in loco ubi ipſis Burgenſium magiſtris videbitur expedire et prenotate ſimiliter ciuitati, Volentes ut univerſi proventus dicte domus ad uſus perveniant ciuitatis, nec ad nos de his aliquid pertinebit, ſed cum omni jure hec eadem domus ad ciuitatem pertinere debebit, utpote alie domus in aliis ciuitatibus, mercatorum videlicet, pertinere ad civitates alias videbuntur. Pro huiusmodi licentia Burgenſes predictę ciuitatis nobis decem marcas argenti Stendaliensis et eiſdem ponderis perſoluerunt. Ne igitur ſuper huiusmodi licentia in poſterum alicui dubietatis ſcrupulus oriatur et ne a noſtris ſucceſſoribus violari valeat, vel infringi, preſentes fieri iuſſimus ac ſigillorum noſtrorum appenſionibus ſecimus communiri. Teſtes huius rei ſunt Johannes et Burchardus niger dicti de Irckefleve, Tetto de Pannewitz, Reynerus de Burck, Heinricus de Wardenberg, Otto de Pulsniz, tunc temporis advocatus in Budiffin, Luterus de Palow et alii quam plurimi fide digni. Acta ſunt hec Anno domini MCCLXXXIV., in quarta feria ante feſtum Palmarum et data in Reppin, per manum Domini Alwardi, curie noſtre notarii.

Nach Hoffmann's Script. rer. Luſat. IV, und der Luſatia ſuperior diplomat. continuata p. 5., mit Correctur der vielen in die Augen fallenden Fehler beider Abdrücke.

CCXXVIII. Der R. König Rudolph verheißt der Stadt Lübeck, zur Herſtellung des Friedens an die Wendischen Herrn und an die Markgrafen von Brandenburg Geſandte zu ſchicken, am 5. Juni 1284.

Rudolfus, Dei gratia Romanorum Rex, ſemper auguſtus. Prudentibus viris... Conſulibus et vniuerſis Ciuibus Lubicenſibus, fidelibus ſuis dilectis, gratiam ſuam et omne